



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 1. Potest-ne Missa offerri pro Defunctis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

CAPUT VI.

De iis pro quibus offerri potest Missæ Sacrificium.

Quæst. I. POTEST NON MISSÆ SACRIFICIUM OFFERRI PRO DEFUNCTIS?

Resp. De fide est, Missæ Sacrificium pro defunctis offerri posse: etenim vivorum suffragia illis prodefesse possunt, cùm in statu gratiæ decedentibus, superest aliqua pœna eorum peccatis debita expianda in Purgatorio. Probatur primò ex eo quod dicitur lib. 2. Machabæorum. cap. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvaniur. Hinc colligit Divus Thomas in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. has preces futuras esse inutiles, nisi defuncti possint adjuvari vivorum suffragiis. Ideoque Concilium Tridentinum sess. 22. de Sacrificio Missæ, cap. 2. ait: *Quare non solum pro Fidelium vivorum peccatis pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus: sed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem offertur.*

Apostolicam autem hanc traditionem facile erit ad suum fontem revocare. Tertullianus de hac re loquitur variis in locis præcipue de corona Militis cap. 3. Oblationes pro defunctis annua die facimus. Et lib. de Exhortatione castitatis cap. 11. Loquens ad maritum de uxore mortua, ait: *Pro cuius spiritu postulas, pro qua oblationes annuas reddis per sacerdotem.*

Et S. Cyprianus Epist. 66. ad Furnitanos: *Episcopi, inquit, antecessores nostri consue-*

De Sacrificio Missæ. Cap. VI. 259

runt, ne quis Frater excedens ad tutelam vel curam Clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec Sacrificium pro dormitione ejus celebraretur: neque enim apud Altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab Altari Sacerdotes & Ministros avocare voluit.

Et S. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus Catechesi 5. Mystagogica, qui vivebat in 4. saeculo, loquens de Sacrificio Missæ ait: Rogamus te, inquam, nos omnes, & hoc Sacrificium tibi offerimus, ut meminerimus etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, ut Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis Patribus & Episcopis. Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vitâ fundati sunt, maximum esse credentes animarum juvamen, pro quibus offertur precatio sancti illius, & tremendi quod in Altari positum est Sacrificii.

Et ab hac traditione accepit Ecclesia hanc in Missa Liturgiam. Offerimus hoc Sacrificium pro omnibus Orthodoxis atque Catholica & Apostolica fidei cultoribus, &c. Et pro omnibus in Christo quiescentibus, qui nos praeseruent cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.

Et Divus Augustinus: Non parva est, inquit, universa Ecclesia, qua in hac consuetudine claret, authoritas, ut in precibus Sanctorum mortuorum. cap. 5. De Cura pro cerdotis, que Domino Deo ad ejus Altare funduntur, locum suum etiam habeat commendatio mortuorum.

Quæ quidem consuetudo, ait S. Thomas, S. Tho. in 4. ab ipsis Apostolis inchoavit, ut dicit Damascenus in quodam sermone de suffragiis mortuo-

dist. 45. q. 27
act. 1.

260 TRACTATUS V.

rum, sic dicens: Mysteriorum consciī Discipuli Salvatoris, & sacri Apostoli in tremendis & vivificis Mysteriis, memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, sanxerunt.

S. Aug. Serm. Et idem Divus Augustinus in alio loco ait:
31. De verbis Hoc enim à Patribus traditum universa ob-
Apostoli. cap. servat Ecclesia, ut pro eis qui in Corporis &
21 sanguinis Christi Communione defuncti sunt,
cùm ad ipsum Sacrificium loco suo commemo-
rantur, oretur, ac pro eis quoque id offerri
commemoretur.

S. Chrysost. Non temere, ait S. Chrysostomus, ab
hom. 69. ad Apostolis, hac sancta fuerunt, ut in tremen-
pop. Antio- dis Mysteriis defunctorum agatur commemo-
sh. ratio. Sciunt enim illis inde multum contin-
gere lucrum, utilitatem multam. Cùm enim
totus consisterit populus, extensis manibus,
Sacerdotalis plenitudo, & tremendum propo-
natur Sacrificium, quomodo Deum non exo-
rabimus pro his deprecantes?

S. Isidor. De Sacrificium, ait S. Isidorus, pro defuncto-
Off. Eccle- rum Fidelium requie offerri, vel pro eis orari,
fast. cap. 18, quia per totum hoc orbem custoditur, credi-
mus, quòd ab ipsis Apostolis traditum est.

Quæst. 2. Potest-ne Missæ Sacrificium pro
iis offerri, qui absque Baptismo decesserunt?

Resp. Non potest, neque etiam pro iis, qui
in hæresi mortui sunt, cùm nullum possint à
S. Aug. lib. Sacrificio fructum percipere. Noli credere,
30. De Origine ait S. Augustinus, nec docere, nec dicere, Sa-
animæ. cap. crificium Christianorum pro his, qui non bap-
21. tizati de corpore exierunt, offerendum, si vis
esse Catholicus.

Quæst. 3. Potest-ne Missæ Sacrificium of-
ferri pro peccatoribus, pro Hæreticis, pro
schismatis, & infidelibus?

Resp. Responderi potest cum S. Thoma,
posse offerri Sacrificium pro iis, qui actu